



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ignativs ab inani gloria liber. 145

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quid se superstitie porro auderet. Quod ille cum ægre se cauturum ostenderet; I G N A T I V S, ne qua inuito elaberentur, desijt ad eum redire. Interim senex sæpe optabat, paucos dies I G N A T I O superstities esse, vt, legibus solutus, quæ de ipsius virtute nosset, euulgaret. Verùm D E O visum, triduum quàm I G N A T I V S oppetebat, Iacobum præripere. Quod factum I G N A T I I precibus esse, non absurdè est creditum. 145 Comparauit verò tantam sui ipsius cognitionem, vt annis compluribus, nulla inanis gloriæ cogitatione turbaretur: nec erat alia animi pestis, à quâ minùs timere se diceret. Etsi alioquin palàm est, ea lue afflari bonos subinde viros, & non è vulgo sanctos. Hæc tali demissione res ceteras omnes condiebat: Hinc illa vestitus, quamuis mundi, vilitas; hinc

pau-

pau
ten
esse
neb
ægr
ner
nor
teri
uis
tan
mo
sue
ten
me
lus
stir
aff
les
lau
eu
sua
ob
m
ru

pauper lectulus ; in idem victus
 tenuis, itaque modicus, vt cœnâ
 esse negares. Operam libens po-
 nebat in abiectioribus obsequijs;
 ægrorum præsertim lectulos ster-
 nere; & quoties de controuersia
 non planè liquebat, facilis in al-
 terius sententiâ abire. Ita quam-
 uis supra ceteros esset, omnibus
 tamen æquare se, infraque infi-
 mos ducere, non simulata man-
 suetudine solebat. 146 Traden-
 tem pueris Christiana fortè rudi-
 menta, obseruarat adolescentu-
 lus, minùs Italicè loqui: confe-
 stim admonet, cautiùs puriusque
 assuescat. Ille intempestiuo ado-
 lescentis officio nihil offensus,
 laudare studium, atque ordine id
 eum fecisse dicere; pergeret verò,
 suasque in Itala lingua mendas
 obseruatè numeraret; se ea, quæ
 moneretur, sedulò correctu-
 rum. 147 Magnū in primis mo-